



M. ANTONII MURETI AD PIVM III.  
PONT. MAX.

ORATIO

ANTONII BORBONII NAVARRORVM REGIS, ET IOANNE ALBRETIE REGINE, PRINCIPVM BEARNIE &c.  
NOMINE

Habita Romæ postrid. Id. Decemb.  
ANNO M. D. LX.



M. ANTONIUS  
RETI ADRIANUS  
PONT. MAX.

ORATIO

ANTONII BORBONII NA  
VARORVM REGISTROAN  
NE ALBERTIE REGINE PRIN  
CIPVM BEARNENSIS  
NOMINE

Habita Romae postid. 14. Decemb.  
ANNO M. D. LX.





In quantum lætitię Põ-  
tificatus tuus Antonio  
Regi Nauarrę, & Io-  
annę ipsius vxori at-  
tulit beatissime Pater,  
tantum eis commoditatis ad eam lætiti-  
am, nulla interiecta mora, tibi significã-  
dam tempora tribuissent: nihil omnino  
habuissent antiquius, quàm vt ad te sta-  
tim mitterent, qui tibi summum hono-  
rem, huic amplissimo Cardinaliũ Col-  
legio summam prudentię ac iudicij lau-  
dem, uniuersę Christianę Reip. mag-  
nam & propè exploratam antiquę dig-  
nitatis recuperandę spem suo nomine  
gratularetur. Sed quoniam quantum ex  
optimi, & ad sedandas horum temporũ  
discordias aptissimi Pontificis creatio-  
ne gaudium caperent, in ipsorum pro-  
bitate ac fide positum fuit: quàm vacuũ

tempus & ad legationem eius rei causa  
subitò decernēdam idoneum haberent,  
nō fuit: iudicarūt, si temporibus suis pa-  
rerent, & quod recenti refacere, cum  
magnopere cuperent nō satis cōmodè  
poterant, id in diem differrēt, nihilo mi-  
nus ea causa testificationem voluntatis  
suæ aut sibi honorificam, aut tibi iucun-  
dam atq; acceptam fore. Et verò, Bea-  
tissime Pater, si apud te, et apud hoc san-  
ctissimum, augustissimūq; conciliū  
non ex vulgi opinionibus, sed ex veri-  
tate vnaquæq; respēditur: gratulatio  
paulò serius facta non tam propter tar-  
ditatem aliquid de illa nouitatis suauita-  
te ac dulcedine deperdere, quàm prop-  
ter maturitatem aliquid authoritatis, ac  
fidei acquirere videtur. Etenim qui tibi,  
cum primum ad istum cœlo proximū  
in terris locum diuino consilio subla-  
tus es, gratulabantur, eam tantū gau-  
dij

dij sui causam afferre poterant, quòd  
certò sperarent fore, vt qui te per totam  
vitam omnibus maximis honoribus  
dignissimum præbuisse, eum consecu-  
tus, quo nullus amplior exoptari potest,  
tantam dignitatis amplificationem pari  
virtutis accessione cumulares. Magna  
prorsus illis & illustria suppeditabāt ar-  
gumenta, cur ita crederent: neq; non  
firmissimis fundamētis nitebatur incre-  
dibilis illa spes, quam de futura Pontifi-  
catus tui foelicitate conceperant. Sed  
quantū interest inter ea quæ futura cre-  
duntur, & ea quæ iam sunt: quanto ex-  
perta iam & explorata, quàm sperata &  
expectata, maiorem lætitiā in animis  
hominū cōmouent: quanto certius &  
verius homines præterita & præsentia  
commēdare, quàm de futuris affirmatè  
pronūciare possūt: tātō plus pōderis ac  
fidei habere debet ea gratulatio quæ tibi  
fit,

fit, annum prope iam integrum ex ista  
sanctissima sede vniuersum orbem sapi-  
entissimè gubernanti, quàm illæ quæ tū  
fiebant, cū homines qualem esse te plus  
plusq; in dies experiuntur, talem futurū  
esse prospicerent, quasiq; augurarentur.  
Neq; verò hæc in eam sentētiam iccir-  
co à me disputantur, quod nō libentissi-  
mè facturi fuerint Antonius Rex & Io-  
anna Regina Nauarræ, vt quemadmo-  
dum nulli Christianorum Principū cō-  
cedebant, qui maius ex tua dignitate  
gaudiū percepisset: ita nemini, quantū  
per locorum interualla licuisset, conce-  
derent, qui tibi citius de illius adeptione  
gratularetur: si quàm solute ipsi & libe-  
ræ voluntates, tã soluta etiam, & nullis  
impedita difficultatibus tempora fuif-  
sent. Sed ita cogitarunt: si rerum sua-  
rum incommodo maturarent id facere:  
ipsi tibi, cui maximè probare studium  
suum

suum cuperēt, pro tua in se paterna cha-  
ritate, vbi rem cognosces, in suauem fo-  
re celeritatem sine vlla necessitate cum  
ipforum incommodatione susceptam.  
Nunc autem miserunt ad te, clarissimū,  
& spectatissimum virū Petrum Albre-  
tium, propinquum suū, qui genibus tuis  
suppliciter aduolutus, tibi, vero Iesu  
Christi in terris vicario, certissimo Pe-  
tri Apostolorū principis successori, cō-  
muni totius ecclesiæ Christianæ pasto-  
ri, ac gubernatori, debitam obedientiā  
suo amborum nomine præstaret atque  
exhiberet: tibiq; atq; huic sacrosancto  
Collegio confirmaret. Antoniū Regē,  
& Ioannā Reginā Nauarræ, vti veros  
ecclesiæ filios decet, tibi semper dicto  
audientes futuros: neque vllam euenire  
posse rem tantam, quæ ipsos ab huius  
sanctæ & apostolicæ sedis obseruantia,  
& ab ea, quam sibi per manus à maiori-  
bus

bus traditam, summa firmitate ac constantia perpetuò retinuerūt, persuasione diuellat. Hic ego, Beatiff. Pater, si orationis vela pandere, & quasi aperto inuectus mari, per eorū principum laudes, quorū nomine apud te verba facio, decurrere instituā, vereor, ne cum dicēdi principiū vel facillimè reperero, exitum reperire non possim. Nam quæ tādē nominari potest vllō in genere uirtus, quę non in eorū utroq; ita emineat, ut ad quamcūq; se quis animo et cogitatione cōuerterit, ea demū excellere ac prestare uideātur. Sed quoniā et ipsi nos hoc tēpore suæ modò voluntatis interpretes, nō etiā suarum laudū explicatores esse voluerunt, & eorum uirtus excelso atq; illustri sita loco, satis ipsa per se nullo adhibito alienæ prædicationis lumine in oculos omniū incurrit: laudādis ipsis, quod uerissimè ac copiosissimè  
facere

facere possem, supersedebo: tantum ex  
veteribus historijs nonnulla proferam,  
ex quibus intelligatur, & ab ijs illos or-  
tos esse maioribus, & in eorum opes at-  
que imperia successisse, q̄ sibi posterisq̄;  
suis amplissimam gloriam nulla rema-  
gis quàm frangendis, ac domandis no-  
stræ religionis hostibus, defendendaq̄;  
apostolicæ sedis dignitate pepererunt.  
Quis est enim ita ueteris memorię igna-  
rus, ita in superiorum temporū historijs  
peregrinus atque hospes, qui non Diui  
Ludouici Gallorum Regis optimi, ac  
sanctissimi res pro Ecclesia fortiter ge-  
stas, si minus è scriptorum monumentis  
cognouerit, at auditione certè aliqua  
acceperit? Cuius viri per omnem uitam  
domi forisq̄; spectata uirtus & uiuū ma-  
xima laude cumulauit, & cōfecto huius  
vitæ curriculo in cælestium concilio  
collocatum ad diuorum religionem &

sanctimoniã cõsecrauit. Ab eo igitur &  
Antonius Rex, & Ioanna Regina Na-  
uarræ, duobus quasi riuis ex eodẽ capite  
manantibus originẽ ducunt: vt non sine  
diuino consilio sancti Regis soboles in  
plures familias sparsa atq; diducta, post  
trecentos propemodũ annos, matrimo-  
nij foedere copulata, in vnã eandemq;  
domum denuo coaluisse videatur. Ete-  
nim et tãti herois progeniẽ quàm latissi-  
mẽ fundi ac propagari oportebat, vt à  
stirpe generis ac seminis quàm plurimis  
populorum rectoribus integra illa et in-  
corrupta religio, quæ in eo fuerat, inge-  
neraretur: & æquũ erat, ex ea profectos  
tandẽ aliquãdo rursus inter se cõiungi,  
vt extarent, qui vtraque stirpe possent  
Diuo Ludouico generis sui authore ac  
principe gloriari. Quòd si mihi fas est,  
Beatiss. Pater, audiente te, in hoc augu-  
stissimo religionis antistitum consensu,

res

res diuinas attingere, & de diuorū sensi-  
bus ac cogitationibus aliquid dicere:  
credo equidē Diuū Ludouicū, pro cha-  
ritate illa, quæ beatos ne tum quidē de-  
serit, cū spes & fides finem suum cōsecu-  
tæ deficiunt, credo inquam eū è cœlo in  
suos intuentē, horū de quibus loquimur  
principum coniunctione lætari, & assi-  
duis hoc à Deo precibus exorare, vt à se  
orti per sua vestigia gradiātur, vtq; in  
vero Dei cultu nō tātū ipsi se populosq;  
suos cōtineant, verum etiā illius propa-  
gationem primam sibi omnium rerum  
putent. Inde fit igitur, ut & Galliarum  
Reges eius gloriæ quæ conseruanda &  
propugnanda religione paritur, princi-  
patum sibi præter cæteros appetant:  
& qui eis genere proximi sunt (arctio-  
ri autem eos, quàm Nauarræ Rex, &  
Regina, necessitudine attingit nemo)  
nulla in re magis elaborent, quàm vt se

perpetuò eiusdem laudis societate dignissimos præstent. Nam quid ego nunc Ludouicum, Philippi et re & cognomine Animosi Galliarum Regis filiũ, Diui Ludouici nepotem, Eburouicũ Comitem, Regem Nauarræ, à quo permultos gradus nunquam interrupto successionis ordine, hæreditas regni ad Ioannam Reginam peruenit, eum igitur cur mihi pluribus uerbis commendandum putem? Quid eius Philippum filium? qui non tantũ regni, verũ etiam patritæ atq; auitæ virtutis hæres, pro Christianæ pietatis defensione cum Granatæ Rege, acerrimo per id tempus Christianorum hoste, magnum & diuturnum bellum, summa & fortitudine & prudẽtia administrauit. Theobaldi verò Campaniæ Comitis, qui & ipse Nauarris regio imperio præfuit, virtutem quis se vnquam satis pro dignitate laudare posse confidat?

dat? qui cum totam propè etatem in op-  
pugnandis Christi aduersarijs cōsump-  
fisset, eiusq; rei causa, usque in Africam  
inuictum exercitū duxisset, multa præ-  
lia commisisset, multas uictorias repor-  
tasset, tandem è sacro bello, ad quod Di-  
uum Ludouicum comitatus fuerat, re-  
diens, paucis post eū diebus ad superos  
euolauit. Fuit, fuit illa semper, & adhuc  
est, in Nauarrorum Regibus uirtus, ut  
religionis defensionis alia omnia post-  
haberent: pro ea, quoties ita res ferret,  
non fortunas modò suas, verùm etiã sua  
capita sine vlla cunctatione in quodli-  
bet periculum offerrent. Neq; uerò ita  
eos animatos esse mirabitur quisquam,  
qui cognouerit nunquam eos ipsa reg-  
ni sui insignia aspicere posse, quin recor-  
dentur antiquæ maiorum suorum virtu-  
tis, & laborum, quos illi pro religione  
nostra maximos maximeq; memora-

biles pertulerūt. Ita enim memorię pro-  
ditum est, Castellæ Regnū in Hispania  
quondam à triginta barbarorum Regi-  
bus, duce, atq; Imperatore Smaragdo,  
occupatū fuisse. Vnde cū illi magnum  
omnibus Christianis terrorem inijce-  
rent, breuiq; se tota reliqua Hispania,  
quæ Christianorum erat, potituros esse  
confiderent: Sanctium Nauarrorū Re-  
gem, collecto forti magis quàm nume-  
roso exercitu, aduersus eos profectum  
esse, cū prius pulcherimū clarissimumq;  
iusiurādum iurasset, nunquam se ex eo  
bello, nisi parta victoria, reuersurū. Ex-  
cogitauerant barbari cū alia multa ad  
prohibēdas nostrorum incursiones ap-  
tissima, tum catenas quasdam ferreas, qui-  
bus ita vias omnes occluserāt, ut equita-  
tui, quo plurimū valebāt nostri, omnis  
adempta spes faciendæ in hostem irrup-  
tionis videretur. Sed nihil viriū habent  
ad-

aduersus prudentiam subdola & astuta  
cōfilia: debiles sunt omnes aduersus cō-  
stantiam machinæ: imbecilla & inutilis  
aduersus fortitudinem multitudo. Deo  
duce per medios hostes sibi & suis uiam  
ferro faciens Sanctius non prius desti-  
tit, quàm barbaros fusos, fugatos, castris  
exutos, docuit victoriam non in nume-  
ro, sed in virtute: non in munitionibus  
operibusq; bellicis, sed in causæ bonita-  
te positam esse: qui pro Christi nomine  
dimicarent, eorum impetum non posse  
ne collatis quidem in vnum aliorū om-  
nium viribus sustineri. Superatis igitur  
& in potestatem redactis hostibus, om-  
nium nostrorum & imperatorum &  
militum incredibilis concursus ad San-  
ctium factus est: alius amplexari eum,  
alius ad genua accidere, alius fortem il-  
lam dexteram barbarorum domitricē,  
Hispaniarū liberatricem, victoriæ cōfe-  
ctricem

atricem, ex osculari: qui propter multitudinem propius accedere non poterant, vultu, oculis, manibus, corpore, quascunque poterant, animi sui significationes dabant: vna omnes uoce & bellatorem fortissimum, & imperatorem inuictissimum consalutabant. Inde cum de diuidenda præda agi coeptum esset: quæ tanta erat, quantam triginta potentissimorum Regum collatæ vnum in locum opes coaceruare potuerant: nemo erat in vniuerso exercitu, qui non ita sentiret, itaque prædicaret quantamcumque sibi partem ex ea vel deposceret, vel etiã suo iure sumeret Sanctius, nunquam tantum ad eum peruenturum esse, ut non multo plus ipsius uirtuti præclarisq; factis deberetur. Erat in castris barbarorum auri, argenti, facti, infectiq; permagna uis: gemmarum maximi precij admirabilis multitudo: multum tapetium, multum conchyliatæ vestis,

vestis, multū peristromatum: ut est illa  
etiā in bellis luxuriosa gens: armorum  
omnis generis optimorū & exquisitif-  
simo artificio fabricatorū infinitus pro-  
pe numerus: equi præstantes permulti:  
phalerarum, ephippiorū, ceterorumq;  
ornamentorū equestrium incredibilis  
copia: captiui longè plurimi: ex quibus  
ingēs pecunia cōfici posset: quibus om-  
nibus ex rebus, Sanctiū, vt quātū vellet  
sibi ipse sumeret, summo omnes cōsensu  
obsecrabāt. Ille, alacri vultu, cum gratā  
sibi esse illā exercitus voluntatē signifi-  
casset: Nō me, inquit, barbaricarū opū  
cupiditas, ut in hoc bellū ingrederer, aut  
ut in prima acie stans, corpus meū telis  
hostium obijcerē, induxit. Christianæ  
mihi pietatis ardor, & huius pulcherri-  
mæ regionis ab iniusto immaniū bellu-  
arum dominatu vindicandæ studium,  
faces ad eā rem & stimulos subdiderūt.

C

Nunc

Nunc, cum id quod volui, diuino beneficio, & vestra milites virtute cōsecutus sum: non committam, vt maiori animo videar armatorum & stantium copias, quàm inermium & iacentiū spolia contempfisse. Ornamento sint ista primū immortalis Dei nostri Diuorumq; tēplis ac delubris: ut partim in sacrarijs reposita, partim è tholis pendentia, propagent in omne tempus memoriā nostri: posterosq; nostros ad suscipiendam semper magno animo religionis nostrę defensionem exsuscitent. Ditent cætera egenos & exhaustos, pro suis quemq; meritis, milites: vt cum iuuentutis suę firmitatem in periculis & laboribus cōsumpserint, habeant olim, quo senectutis infirmitatem in tranquillitate atq; in ocio sustentare possint. Ego quidem, quod ad me attinet, præter has catenas, quas, spectantibus adiuuātibusq; vobis,  
per-

perfregi atq; perrupi: & præter illam gē-  
mam, illam, quam meis manibus deie-  
ctam: illic iacentē videtis (hec aut dicēs,  
ostendebat illis prostratum et in sangui-  
ne suo inuolutū exanimem Smaragdū)  
nullam omnino mihi mercedem, nullū  
præmium aut postulo aut appeto. Ergo  
ad conseruandam tam nobilis victoriæ  
memoriam, simulq; ad incitandos suc-  
cessorum suorum animos, & ipse postea  
catenas pro insignibus gestitauit: & in-  
stituit, ut iisdē insignibus cæteri post se  
Reges vterētur. Ac quoniā eo in præ-  
lio præcipuū quē dixi barbarorū ducto-  
rē Smaragdū sua ipse manu obtrūcaue-  
rat: eiusdē nominis gemmā medio illarū  
catenarum complexu voluit contineri.  
Quinetiā propter hāc aliasq; similes vi-  
ctorias, Regibus Nauarrę honoris ergo  
tributū est, vt inungātur, coronētur, cō-  
secrētur. O beatū illud sæculū, cū Chri-

Itiani et principes et populi: sine vllis di-  
scordijs, sine vlla opinionum varietate  
ac discrepantia, summo cōsensu, omnes  
vires suas ad proferendos Christianę di-  
tionis terminos conferebant. Nostra  
ætas & Christianos principes alios alio-  
rum viribus collisos attritosq; vidit: &  
in populis, ne quid abesset miserijs no-  
stris, grauisimas pestilentissimasq; sedi-  
tiones ab improbis hominibus, qui cu-  
piditatibus suis falso religionis nomen  
prætexerent, concitatas. Quibus malis  
finem per te impositum iri, Pie Pōtifex  
optime & sanctissime, omnes ita confi-  
dunt, vt, si hæc spes fefellerit, omnia que  
possunt euenire miserrima maximeq;  
detestanda vereantur. Erexisti animos  
omniū, indicto, quod tanto opere opta-  
batur, vniuersali concilio. Iniecisti spē,  
fore, ut hæresum peste sublata, sacrosan-  
ctum Iesu Christi nomē eodem animo,  
eadem

eadem voce, iisdem ritibus ab omnibus  
inuocetur. Agedum Beatissime pater,  
ita te Deus ille, cuius tu personam in ter-  
ris sustines, quamdiutissimè, & quàm fe-  
licissimè Ecclesiæ suæ præesse velit: vr-  
ge constanter, vt facis, istud propositū:  
omnemq; diligentiam adhibe, ad prohi-  
bendum, ne tam tetri mali contagio la-  
tius serpat. Memēto, te nostrum omniū  
communem patrem, & pastorem esse:  
nostram omnium salutem ab eo tibi cō-  
missam, ac creditam, qui cū Deus esset,  
humana natura assumpta, quin sangui-  
ne suo viam nobis in cœlum panderet,  
nō recusauit. Omnia speramus à te ex-  
citatum iri, quæ iacere sentis, tantis tãq;  
diuturnis dissensionibus percussa atque  
prostrata. Videre iam videmur illud tē-  
pus, cum per te cōstituatur ecclesiastici  
ordinis authoritas, confirmentur vete-  
res ritus, prauæ opiniones aboleantur,

concordia ne vnquam postea dissolui  
possit, seueris legibus vinciat. Multa  
perdidit ecclesiasticus ordo & ornamē-  
ta dignitatis, & præsidia stabilitatis suæ:  
quæ nisi per te recipiat, à nemine sibi  
restitui posse censet. Ad ea autem recu-  
peranda cū cæteros Principes Chri-  
stianos tibi affuturos esse credimus: tum  
Antonius Rex, & Ioanna Regina Na-  
uarræ, se Regnumq; suum, & Bearnia,  
& quascunq; deniq; summo cum impe-  
rio obtinent prouincias in tua potesta-  
te semper fore, seq; ut par est, obsequē-  
tissimos ecclesiæ filios, authoritati tuæ  
nunquam nō libentissimè obtem-  
peraturos esse, sanctissi-  
me pollicentur.

**DILINGÆ EXCVDEBAT**  
**SEBALDVS MAYER.**